

Alte Drucke

**CONFESSIO FI=||DEI CATHOLICAE CHRISTIANA
AV=||thoritate Synodi prouincialis quæ habita est
Petr=||couiæ Anno M. D. LI. Mense Iunio ædita: || ...**

Hosius, Stanislaus

Cracoviae, 1553

DE SACRAMENTO POENITENTIAE. Caput. XLIII.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-150329

Vnum cum illo, vnum secum, vnum nos ipsos inter nos faceret. Quisquis igitur hanc vnitatem rumpit, & vel à Christo se letaliter peccando separauit, vel ab eius corpore quæ est Ecclesia, suo plus quam illius iudicio tribuendo, segregauit vel à quocunq; eiusdem corporis membro per ordinem & maleuolentiam se diuifit, quid aliud quam rursus crucifigit sibi metipsi filium Dei, & ostentui habet: dum eadem illa designat propter quæ Christus crucifigi & mori dignatus est, quæ peccata nostra de cælo detraxerunt, ac tam acerbis illius cruciatibus causam dederunt. Atq; ita fit, vt non ad vitam, sed ad mortem sumat vitam. Reus enim efficitur corporis & sanguinis domini. Quapropter, quisquis vel Deum vel proximum se offendisse sibi conscius est, non prius ad hanc mensam actuat, quam reconciliatus fuerit, ne illud ei eueniat quod à Propheta dictum est. Fiat mensa eorum coram ipsis in laqueum, & in retributionem, & in scandalum. Quoniam verò reconciliatio eiusmodi fit per pœnitentiæ sacramentum, de eo nobis dicendum deinceps restat.

DE SACRAMENTO POENITENTIAE.

Caput. XLIII.



PER lauacrum regenerationis, nouam quædam vitam ingredimur. Nam in eo vetus homo noster crucifigitur, neq; viuit iam in nobis, nisi is q; propter nos & propter nostram salutem homo fieri dignatus est, Deus & dominus noster Iesus Christus, quem baptisati induimus, Ingradimur autem

autem in hanc vitam, non ut ocio vacemus & delicijs, sed
 ut contra mundū, carnē, & diabolum in acie semper ste-
 mus, ad quos hostes nostros superandos datur nobis in sa-
 cramento confirmationis adiutor sanctus spiritus, cuius vir-
 tute facilius impetum eorum propulsare possimus. Datur
 etiam ad sustentandos nos in Eucharistia, non quivis cibus,
 sed preciosi corporis, & sanguinis domini nostri Iesu Chri-
 sti. Fit nihilominus, quod in prelijs usu venire solet, ut saepe
 graviter ab hostibus nostris lauciati, corruamus, & quam
 per lauacrum regenerationis adepti vitam fueramus, eam
 morte commutemus. Sed ne sic quidē oblitus est misericor-
 diae suae pater ille misericordiarū, & Deus totius consolatio
 nis. Ipse enim est qui alleuat omnes qui corruunt, & erigit om-
 nes elisos. Cuius tanta est benignitas & clementia, omnē
 ut humanā affectionē longo intervallo superet. Magna est
 mris erga puerū suū infantē benignitas, sed hāc superat pa-
 tris nostri, coelestis bonitas. Quod hāc ipsius per propheta
 loquentis verba testantur. Nunquid obliuisci inquit pote-
 rit mulier infantem suum, ut non reminiscatur filij vteri sui
 Et si illa oblita fuerit. Ego tamen inquit, non obliuiscar tui.
 Non vult ille benignus & misericors, patiens & multae mi-
 sericordiae, & praestabilis super malicia, quemquam de ve-
 nia lapsum desperare, sed huic quoque rei remedium instituit
 it, poenitentiae sacramentū, per quod lapso resurgere liceret
 Quamobrem, sicut baptismus intrantium, confirmatio pu-
 gnantium, Eucharistia vires resumentium, sic hoc resurgen-
 tium sacramentum esse dicitur. Cuius virtute sit, ut cū cor-
 rueremus eleuemur, ut si in ista colluctatione quae nobis ē

2. Corinthi. 1.

Psal. 144.

Esai. 29.

Ioelis. 2.

Mm ij aduersus

Ephesum. 6. aduersus principatus & potestates tenebrarum harū, nos
prosterni contigerit, non propterea statim animum abijce
re, Verū ad hoc pœnitentiæ remediū confugere nos oportet,
Matth. 9. per quod erigi prostrati, ac vires ad pugnandū recupe
rare possimus. Nam qui non venit Vocare iustos, sed peccatores
Exechi. 18. ad pœnitentiam, non vult mortē impij, sed magis
vt conuertatur & viuat. Sic enim per prophetam loquit.
Nunquid voluntatis meæ est mors impij, & non vt conuertatur
a vñs suis & viuat? Ac paulo post. Conuertimini &
agite pœnitentiam ab omnibus iniquitatibus vestris, & nō
erit vobis in ruinam iniquitas. Proijcite à vobis omnes pre
uaricatiōes vestras, in quibus preuaricati estis, & facite vobis
cor nouum & spiritum nouum. Et quare moriemini domus
Israel? quia nolo mortem morientis dicit dominus de
us, reuertimini & viuite. Adeo ipse nos inuitat pius & mi
sericors pater, vt reuertamur potius & viuamus, quam vt
in peccata prolapsi, de illius benignitate desperemus. Pro
nior est ad miserendum, quam nos ad misericordiam ab eo
petendam. Simulut dereliquerit impius viam suam, ac vir
iniquus cogitationes suas, ac ad dominū conuersus fuerit,
obuijs quod aiunt manibus eum ad se reuertentem excipit
Estq; maius gaudium in celo super vno peccatore pœnitē
tiam agente quam super nonaginta nouem iustis.

Esa. 55.

DE MATERIA ET FORMA HVIVS

Sacramenti. Caput, XLIII.



E q; vero dubitandum est quin hoc ipsum pœ
nitentiæ sacramentum ab ipso Christo fuerit
institutum